

1519. d. 28. Maii.

175
E. Ant. Capit. Vladislavien.

Compromissum occasione controversiarum
villae Hoppenbrück ex partibus tam
domini episcopi Vladislavienensis, quam
ex alia abbatis et fratrum conventus
monasterii Duplinensis. §. Super concordiam
inendam amicabilem per dominum
episcopum Warmiensem faciendam
tanquam iudicem super arbitrali.
§. §.

39

In nomine Domini amen.
Anno à nativitate eiusdem millesimo
quingentesimo decimo nono in
dictione septima, die vero sabbatho
vicecima octava mensis Maii, pon-
tificatus sanctissimi patris et do-
mini nostri domini Leonis Divina
providentia papa decimo anno se-
ptimo: in mei notarii publici et
testium infrascriptorum ad hoc voca-
torum et rogatorum presentia per-
sonaliter constituti, reverendus in
Christo pater et dominus Bartho-
lomeus Divina providentia abbas

abbas monasterii. Deplinensis Cisterciensis
ordinis Vladislaviensis diocesis. Reli-
giosi Heberhardus prior, Mathias
subprior, Michael Cellarius, Georgius
Nehemburg, Gregorius Bonhardi, Jo-
hannes Honitz, Andreas sacellarius,
Mathias Wormut, et Johannes Ma-
renwender, eiusdem monasterii fratres
conventuales, et in ipso monasterio,
in quo sinistra machinatione ducti aut
circumventi, sed ex eorum certis scien-
tiis, propriisque et consentaneis volun-
tatis, maturis super his deliberati-
onibus habitis, palam et publice con-
fessi fuerunt et in veritate recogno-
verunt, quod causa, quae inter ipsos
ex una, et reverendum in Christo pa-
trem et dominum dominum Ma-
thiam D.D. et apostolicæ sedis gra-
tia episcopum Vladislaviensem oc-
casionem ville Stoppenbruch circa
oppidum Danensem situate, pri-
mo coram reverendo in Christo pa-
tre et domino Petro eadem gra-
tia episcopo Sacedemouienſi, reveren-


177
reuerendissimi in Christo patris et Do-
mini Domini Grauii, simili gratia
episcopi Ploensis, Suffraganeus et
Thoma de Biccino ecclesie Ploen-
cantore iudicibus auctoritate aposto-
lica delegatis, et tandem in Romana
curia coram reuerendo patre et Domi-
no Bartholomeo de Petra Sancta
sacri palatii apostolici causarum au-
ditore successiue pendebat et vertebat
indecisa de anno supra notato die
Iouis vicesima sexta mensis Maii
in oppido Marienburgensi, Pomerania
niensi die ibidem in domo Datt
per reuerendum in Christo patrem
et dominum dominum Fabianum
dicta gratia episcopum Varniensem
arbitrum arbitratorem seu amica-
bilem compositorem comparantibus
ibidem coram sua reuerendissima
paternitate, venerabilibus et discre-
tis viris dominis, Iohanne de
Paraniewicze, ecclesie Obadislavien-
preposito, et Felici Naropiński ec-
clesiarum Lanitiensis collegiatis Ine-

Gnesnensis diocesis archidiacono et dicta
Uladislaviensium canonico, dicti reveren-
di domini Mathiae episcopi Ula-
slaviensium ex una ac religiosi Johan-
ne Firgan, et Georgio Quatenburg
supradicti monasterii Depliniensis fra-
tribus conventualibus eiusdem, ac re-
verendi ac religiosorum abbatis et
fratrum conventualium supradicto-
rum ad componendum et concordan-
dum huiusmodi causa authorita-
tem et mandata habentium, parti-
bus ex altera transacta fuit concor-
dia sopita totaliter et discussa, sed
quia de discreti Thome Petri clerici
Uladislaviensis diocesis notarii publi-
ci legalitate, coram quo praefati reli-
giosi fratres Johannes et Georgius
in procuratores nominati monasterii ad
concordandum ut praemittitur constitu-
ti fuerunt, certis rationibus et cau-
sis dubitabatur. Propterea reverendus
Bartholomaeus abbas ac religiosi
Brachardus prior, Mathias subpri-
or, alique fratres conventus supran-

179
conventus supranotati, omnes et sin-
guli omnibus melioribus, modo via
causa, forma, quibus melius et effi-
catius de iure potuerunt, et debue-
runt omnia et singula coram reve-
rendissima Fabiano episcopo Varmi-
ensi arbitro arbitratores, seu amica-
bili compositione prelibata, perdi-
ctos religiosos fratres Johannem et
Georgium procuratores in supradicta
causa villa Hoppenbruch acta, dicta
gesta, sive facta fuerunt, nec non
eiusdem reverendissimi domini Fa-
biani episcopi arbitri arbitratores, seu
amicabiliter compositorem laudum
seu sententiam arbitralem in ha-
iusmodi causa latorum in omnibus et
singulis suis clausulis et punctis af-
firmarunt, approbarunt, et ratifica-
verunt, ac per approbata, confirmata
et ratificata se habere velle dixe-
runt et asseruerunt, promittentes,
pro ut promiserunt prefati reveren-
dus dominus abbas et fratres con-
ventus per se, suisque in post suc-

successoribus, et quilibet eorum promi-
sit in manibus mei notarii publici
tanquam publicum et auctoritatem
personae firmiter stipulante et re-
cipiente vice ac nomine omnium
ac singulorum, quorum interest, inter-
erit, aut interesse poterit quomodoli-
bet in futurum, ratum, gratum, fir-
mum perpetuo habituro totum id
et quidquid in dicto laudo seu arbi-
trali sententia exprimitur et contine-
tur, et non contradicere vel venire
per se vel alium vel alios, publice
vel occulte, directe vel indirecte, quo-
vis quavis colore vel ingenio, sub
penis in ipso laudo seu sententia
arbitrali contentis et expressis, de et
super quibus omnibus et singulis
reverendus dominus abbas et reli-
giosi Obrechardus prior, Mathias
subprior, et alii fratres supradicti, si-
bi cum notario publico infrascripto
unam ut plura publicum seu publi-
ca petierunt et quilibet eorum pe-
tuit fieri instrumentum et instrumenta

et instrumenta. Acta fuerunt haec
 sub anno, indictione die, mense pro
 sentibus ibidem honorabilibus dominis
 Johanne et Jacobo Gadsfeld presbyte
 ro Vladislaviensis diocesis testibus ad
 praemissa vocatis et rogatis.



Et ego Johannes Gilinet
 clericus Abbirdociensis di
 ocesis publicus sacra apo
 stolica auctoritate nota
 rius, quia huiusmodi ap
 probatione, confirmatione
 ratihabitione, promissione
 et stipulatione omnibusq
 aliis et singulis praemissis, dum sic ut
 praemittitur, agerentur, et fierent, una
 cum praenomnatis testibus praesens
 interfui, eaque omnia sic fieri vidi
 et audiui, ideo hoc praesens publicum
 instrumentum, manu mea propria
 fideliter scriptum exinde corfeu
 subscripsi, et publicavi, et in hanc
 publicam formam redegi, signoque
 nomine, et cognomine meo solito

soliti, et consuetis, signavi, in fidem et
testimonium, et singulorum promissorum
rogatus, et requisitus.

et cetera

et cetera

et cetera

et cetera

et cetera

et cetera

et cetera

et cetera

et cetera

et cetera

et cetera

et cetera

